



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1784

VD18 13322648

§. 28. Religionis Catholicæ status in variis Provinciis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

multo ergo æquius esse, ut Bavariæ Ducem S. R. J. Electorem in Archiepiscopum initiaturus, Viterbium contenderet. Rupta igitur omni mora die quinta Novembris eo profectus, die decima ejusdem Mensis Clementem in Archiepiscopum consecravit, & pallio in Ecclesia FF. Prædicatorum *sanctæ Mariæ a Quercu* nuncupata insignivit. Assistentibus Archiepiscopis Fimo, Santamaria, Gamurracio, & Farsettio. Intererat etiam festivæ huic solemnitati præfata Etruriæ Princeps, quam æque ac Electorem Pontifex plurimis comitatus officiis largiter honoravit, & ne exercendæ pietatis occasionem prætermitteret, nonnulla Altaria Deo Maximo dicavit, nosocomia invisit, & quotquot fere aderant Urbis pia loca lustravit.

Sæc. XVIII.
A. C. 1727.

§. XXVIII.

Religionis Catholicæ status in variis Provinciis.

Interim Religio Catholica in diversis Regionibus varia subibat fata; præprimis enim Christianissimus Rex inunte hoc anno cum Nuntio Apostolico & præcipuis Franciæ Præfulibus de propaganda fide Catholica & restringenda Calvinistarum libertate præci-

M m 5 pue

Sæc. XVIII. A. C. 1727. pue in Alsatia serio egit. ac tandem edictum in sexdecim articulos divisum promulgavit, vi cuius Catholicorum securitati quo firmiter prospectum erat, eo magis Hugonottarum licentia, ac immoderata sectæ libertas coercebatur. Exactam huius edicti executionem Rex Comiti de Bourg Alsatiaë Governatori severe demandabat.

Mortuo Muley - Ismaele Maroccanorum Imperatori Muley Debii Princeps morum comitate insignis successerat, sui que Regiminis auspiciis raro inter Barbaros benignitatis specimine illustravit; quippe duobus cujuscunque Nationis captivis Nobilibus facultatem dedit, ut ad suas quisque regiones pergeret, eorumque Principes eo permoveret, ut suos subditos Maroccanæ servituti adstrictos liberarent. Præ ceteris autem novus Imperator selegerat Gautharium & Marennam Gallos, qui ad Franciæ Regem destinati, die tertia Septembris Salæ portu solverunt. Hi ergo Mense Novembri Parisios appulsi, Imperatoris literas ad Ludovicum Regem, & alias Mesaelis Bachæ ad Comitem Maurepasium porrexere, quibus Imperator Regem de sincera ejus amicitia certior reddidit: postea hi Legati non modo ad promovendum utrinque com-

mer-

mercium, sed etiam ad Religionem Sæc. XVIII.
 Christianam ibidem propagandam pro- A. C. 1727.
 ficua admodum pacta & consilia pro-
 posuere, simulque quosdam Viros Apo-
 stolicos ad prædicandum Evangelium
 idoneos eo mitti petierunt, pollicita-
 tione facta, ipsis plenam invehendæ
 Religionis libertatem concessum iri.
 Verum hisce Legatis significabatur,
 agi de re maximi momenti, decernen-
 dos ergo nobiliores esse Oratores plena
 agendi facultate instructos, ac cum
 illis prævie desuper mature deliberan-
 dum; quem vero exitum hæc legatio
 habuerit, anno sequenti referemus.
 Paulopost tamen Franciæ Rex per lite-
 ras frequenter cum summo Pontifice
 consultabat de mediis, quibus fides
 Catholica etiam extra Europæ fines
 propagari posset: quid vero inter eos
 conclusum fuerit, ignoratur, id tamen
 certum est, quod idem Rex urgente
 Pontificis Nuntio tredecim Missionarios
 Mense Novembri ad Luoifinam, Sep-
 tentrionalis Americæ Regionem binis
 navibus exceptos transmiserit, una-
 cum duodecim Monialibus Congrega-
 tionis S. Ursulæ, ut hæ ibidem Mo-
 nasterium conderent, & puellas Chri-
 stianæ fidei præceptis, aliisque artibus
 sexui congruis imbuerent.

Hoc

Sæc. XVIII.
A. C. 1727.

Hoc item anno Mense Septembri PP. Gottardus a S. Maria, & Ildephonfus a S. Maria Carmelitæ Discalceati, quos Clemens XI. Anno 1724. unacum literis ac muneribus ad novum Sinarum Imperatorem ablegaverat, Romam reversi sunt, qui summo Pontifici binas literas, quas ipsemet Imperator die 21. Nov, 1725. & 14. Mart. 1726. propria manu exaraverat, tradiderunt, unacum donis Regia magnificentia dignis. Præcipue vero Imperator in hisce literis singularem reverentiam erga summum Pontificem profitebatur, simulque in testimonium sinceræ amicitiae & affectus in Europæos, illos, quos Clemens Papa vinculis solvi petierat, libertati reddebat. Hæc Imperatoris benevolentia Benedicti Pontificis animum non modo mira voluptate perfudit, sed & inde magnam restaurandæ Missionis spem ingessit. Ast hoc solatium haud diuturnum erat; proximo enim Mense nuntiatum est sacrae Congregationi de propaganda fide, quod Pater Murao Jesuita, eoquod nonum Imperatoris Filium, ceteris exclusis, ad Imperii solium evehi suafisset, die 24. Augusti 1726. novi Imperatoris jussu suffocatus, cunctisque Missionariis Peckinum relegatis, quadraginta Christianorum

Tem-

Templa solo æquata fuerint. Nihilominus tamen Pontifex, ut nihil ad Sæc. XVIII.
 flectendum Imperatoris animum præ- A. C. 1727.
 termisſiſſe videatur, rurfus quosdam
 Præſules ad Eundem Sinas ablegavit
 Oratores, qui cum muneribus, quæ
 Pontifex & Luſitanix Rex ſubmiſerat,
 Peckinum delati, a Mandarinis intel-
 lexerant, eos quidem ad alloquium ad-
 miſſum iri. Imperatorem tamen, in-
 dictis ſeveriſſimis pœnis prohibuiſſe,
 ne vel verbulum de Religione Chri-
 ſtiana inſpergerent. Parendum ergo
 erat ejus mandato, unde hi Oratores
 cum honore quidem excepti, traditis
 tamen ultro citroque muneribus pau-
 lo poſt re infecta in Europam reverti
 jubebantur. Exeunte autem hoc anno
 Pontifex recreabatur, accepto nuntio,
 quod Ruſſix Imperator innovato Petri I.
 ediſto omnibus Catholicis plenum in
 Ruſſia religionis ſux exercitium in-
 dulſerit.

§. XXIX.

*Quinque Præſules Romana Purpura
 decorati.*

Cum jam undecim Cardinales vitam
 cum Purpura poſuiſſent, Bene-
 dictus Papa die vigelima quarta No-
 vembris habito ſecreto, ut ajunt, Con-
 ſistorio